



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Amstelodami.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

*Vnicus ignota tu cibus esto via:
 Et quem longa fames errantem ambesit in orbe,
 Nunc satia vultu, Patris imago, tuo.
 O Deus Omnipotens, cuius pietati redemptus
 Subsistit mundus, qua generatus homo,
 Respice me miserum peccati mole grauatum,
 Et nimium pressum pondere, Christe, leua,
 Ereptumq; gregis dira de sorte, sinistri,
 Iudicij inter oues tempore siste tuas.*

IN TEMPLO IEROSOLIMITANO.

D. O. M.

&

AETER. MEMOR.

IANAEBUCHELLIAE puellae dulciss.
 cuius formę venustas, morum suauitas

&


Indolis, præter sexum, præter ætatem,
 miraculum,

Inuidiam Parcarum excitarunt.

Vixit ann. XIII. M. III. integros
 sorori cariss. & amantiss.

ARNOLDVS BUCHELLIVS Baranus
 frater moestiss.

N. S. L. P.



AMSTELODAMI.

IN AMSTELODAMVM HADRIA-
 NVS IVNIVS.

*Aureus, vt perhibet, quondã ab Ioue perpluit imber.
 Magnificis turgentem opibus Rhodon: horrea Rome*

Sic

Sicaniam esse Ceres victuro munere cecit.
 Torfit & huc oculos facilis Deus ipse benignos,
 Et me mactam opibus iussit florereq; rebus
 Laus: at circundor aquis, pigraq; palude
 Obstata: roboreoq; solo stant culmina mixta
 Depactis altè trabibus, surgentia celo:
 Alternansq; stans vicibus maris ætus aperti
 Mœnia subcingit, qua parte exotica puppes
 Velifera inuectant onera, exportantq; sequenti
 Mercatu, Hesperias qua se demittit in vndas.
 Barbaraq; Eous pandit qua littora Titan
 Expedio, quos nostrata tamen non area verrit,
 Legifera cumulos Cereris, genitalia dona.
 Gargaraproventu tanto non farris abundant.
 Inferior fuerit, vel Momo iudice, mecum
 Contendat locuplete penu si Trinacris ora,
 Æqualeuq; ferax non Africastipat aceruos.
 Horreum & agnoscit me non malè Belgica felix,
 Omnigenas vt opes, sic vitæ alimenta ministro.
 Rectè vt quis saturæ similem me dixerit aluo,
 Robore defectos succum qua didit in artus.
 Eximia hinc aded Casar me ferre coronam
 Virtutis decus, ac munus spectabile iussit.
 Materiam at linquo scribendi Vatibus amplam.

GVILIELMI CINNESII S. THEOLOG.
 LICENTIATI, ECCLESIAEQ. D. MA-
 riæ Pastoris.

Ossa sub hoc recubant GVILIELMI marmore clausa
 CINNESII, cuius iusta Thalia canit.
 Patricio natus qui sanguine, vixit honestè,
 Dum vixit generis lausq; decusq; sui.

A tene-

A teneris coluit Musas, & dogmata morum
 Imbuit, affixus nocte dieq; libris.
 Louanij Sophiæ studuit, triplicemq; coronam
 Cum totidem titulis ex Helicone tulit.
 Postea Parisijs, quantum satis esse putabat,
 Pectoris ad cultum degere cura fuit.
 Sæpè volutauit, subito quàm munera Pluti
 Et quicquid fragili splendet in orbe perit:
 Ceu maris vndesi soleant quod mergere fluctus,
 Et nos in stygium præcipit are lacum.
 Hinc anima voluit potius curare salutem,
 Istis posthabitis & coluisse Deum:
 Ipsius & verbum sacratum rite sacerdos,
 Christigenum fida voce docere gregem,
 Id quod complures non infeliciter annos,
 Hæc Diua MARIAE fecit in ade sacra.
 Charus erat Clero cum ciuibus atq; Senatu,
 Illi mens eadem, dissidijq; nihil.
 Neue quis extincti sentiret damna, reliquit
 Plurima post mortem distribuenda p̄ys.
 Ecce sed egregios vigilantipectore fructus
 Quando suis profert, & bene cuncta gerit:
 E medio properè veniens Mors sustulit illum,
 Quem Pilij decuit viuere seclatensis.
 Vsq; adeo humane nulla est constantia vite,
 Tam citò, quod speres posse manere ruit:
 Dumq; homo persuadet sibi dulcem ducere vitam
 Et superesse diu posse, repente cadit.
 Nunc satis est, Christus, qui mortis spicula fregit,
 Faxit CINNESII spiritus astra colat.
 Obijt M. D. LXXI. Id. April.